

C. D.

DISTICHA EPITHALAMIA

quibus in
Nuptiis primis secundis
Clarissimi & Doctissimi Viri

Dn. M. VALENTINI Kleinwächters/

Gymnasi, quod Vratislaviæ est,
Magdalenei

Con-Rectoris & Professoris dignissimi, meritissimi,
S P O N S I;

& lectissimæ pudicissimæq; Virginis

M A R G A R I T Æ ,

Spectatissimi & integerissimi Viri,

Dn. ADAMI Mühlpforts/

Civis olim Vratislavensis primarii,
relictæ Filie;

S P O N S E ;

Anno Epochæ Christianæ 1647. octavo, qui Charitatifacer, Octobri
celebrandis,

novem & quinquaginta Paria

Discipulorum

primi Ordinis Insessorum
cunctorum hic junctorum,

quorum

Singuli quidem

uno Versuum imparium Pari,

imparietiam, quod patet, Stylo & Filo,

pari tamen prorsus Affectu & obsequio

non numeranda Felicitatum Paria Sponsis

ολοψύχως καὶ πανθυμαδὸν voentes,

qualia qualia, erga Præceptorem, Honoris & Amoris
edunt Specimina.

Ære BAUMANNIANO, Vratislaviæ.

BALUCHI MULHABAD

DARWISH KHAN
DARWISH KHAN

CHELLAH KHAN

MIRZA TAHIR KHAN

L ex, Dyas una, Metris. Quid tum? Dyas una, Bo-
Exoptat Sponsis sex mea Myriadas. (norum
Christianus Princke.
Freistadio-Silesius.

Suidnicium Patriam Tibi dat, Witeberga Tiaram,
Bresla Torum. Det & hæc Pignora chara Tori.
Tobias Heinricus
Leobsch. Siles.

Gemma datur Thalamo, gemmans Tibi, Gemma Sopho-
Gemmifero gemmas det tua Gemma Toro. (rum,
Balthasar Cramerus
Vratisl.

Aternum vestros benè firmet Numen Amores!
Firmus Amor faustum reddere quit Thalamum.
Christophorus Eccardus
Namslå - Siles.

Margarin as socias Tibi, Kleinwächtere, Puellam?
Grator, Ex Animo Prospera quæq; precor.
Georgius Kirstenius
Olfenas.

Ceu trahit, à Phœbo, radiantia Lumina Phœbe:
Sic niteat Sponsi Sponsa Nitore sui.
Simon Dörflex Vratis.

Indue, Praeceptor, vultus mærore carentes.
Est inventa tuo Margaris apta Toro.
Casparus Engel/
Lignic. Siles.

Serus Amor, sincerus Amor, per sera seratur
Tempora Conjugii, sera vota voent.

Andreas Stier

Winzingens: Siles.

Margaris, ex acido, solvi perhibetur Jäccho:
Nullus Acor vestri solvat Amoris opus.
Bernhardus Fridericus à Czettritz.

Margaris hæc placuit tandem Tibi, docte Magister.
Nunc benè, cum placitâ, vive, vale, Sociâ.
Johann Henricus Clemens
Landish. Siles.

Octavus velut October vos Fœdere jungit:
Omnia sic Octo sint Bona Conjugio.
Ernestus Sigismundus
à Czettritz.

Dum nova Nupta Bonum, Nupt' q; Bonam nov' am-
Ambit uterq; Bonum, vitat uterq; Malum. (bit:
Georgius Strich Lignic.

Spousa est Porta, vigil Sponsus, Gens cœlica Custos:
Quæ penetrat talem Sors inimica Domum?
Jeremias Kurzmann
Vratisl. Siles.

Sat citò Nupta datur, datur ut Tibi sat bona, Nupta:
Obenè sat nupto se det Jöva Pari!
Fridericus Vic K.
Breslā-Silesius.

Captis,

Ceptis, Sponse, tuis felices spondeat ignes
Jova, Tibi spondens fædere Margariden.
Tobias Pirnerus Neagoræus.

Defugiant vestrás, Par nobile, nubila Tædas
Tædia, vosq; Deus Pace, Salutebeet.
Johann. Georgius Butschky.
Vratislav.

Pro Sponsis, vigilet divinus semper ocellus:
Sic poterit parvus sat vigilare vigil.
Christophorus Kret,
Plesnensis Sil.

Qui satagis Thalamo castam Tibi jungere Costam,
Clare vir, optatum sit Tibi Conjugium.
Fridericus Reuchlinus
Winzing-sit.

Vive simul multos, Par nobile, faustiter Annos.
Non poscit longum pluria verba Metrum.
Christianus Bifischius
Schmidebergens. Siles.

Sint Luctus, vehemens, BREVIS, ætas, JURGIA, mul-
NULLUS, amor, CLADES, ævica, NULLA, salus, (ta,
Balthasar Krockisch
Bregensis.

Nympha, viro nubis, cui jam Sapientia nupsit.
Nubendi felix perstet utrumq; Genus!
Georgius Ernestus Colhase
Vratisl. Silesius.

Quid jām, Sponse, precer? precor adspirante Je-
Flamine, sit felix, cum Sociā, Thalam⁹ (hovæ
Christoph. Hoffmann.
Waldenburgensis.

Comprecor, ipse Deus felicibus omnia Fatis,
Tempora connubii currere læta finat.
Matthæus Kret Plesn. Sil.

Sit sanum, concors, fœtus, rata, multa, beatus,
Corpus, Mens, Thalamus, vita, Salus, Abitus.
Christophorus Wernerus,
Franco-Steinenfis.

Quod-Tibi-cunq; Boni exoptas, vir clare, Tuæq;,
Ex Animo hoc vobis appreco omne. Sateſt.
Matthæus Hamen /
Vratislav.

Det præstabilium Tibi Gargara læta Bonorum,
Qui dedit, ut velles Virginem amare, Deus.
Christianus Eberthus
Lignic.

Scire volens, quid nam Sponsum Sponsamq; jugārit;
Sacratum Tædis consule, quæſo, diem.
Zacharias Hermannus,
Vratisl. Siles.

Sponsa Tibi, Sponse, Sponsoris Cäja Christi;
Sponsa, Tibi Sponsus Cäjus esto, precor.
Michæl Magirus Jun.
Franc. March.

Cum

Cum pia cœlesti fiant connubia Fato,
Quis carpat Tædas, Sponse colende, tuas?
Christophorus ab Hohbergk.

Cum fas, Sponse, bonis bona quæq; vovere Maritis:
Det bonus, opto Deus, quod queat esse bono!
Adamus Thébesius,
Wolâ-Siles.

Unit, Sponse, tuam prænobilis Unio Mentem,
Unitat unitum Jova Salute Torum!
Casparus Prauserus,
Vratislav.

Dum Thalamo Thalami Sociam sociare laboras,
Eveniant Thalamo Prospera quæq; precor.
Godefridus Rothius
Eleutheropolitanus siles.

Vota fero Thalamo: Thalamum, pie Christe, secunda!
Nemo secundari, Te nisi dante, potest.
Johannes Barthius
Suidnic. Siles.

Sponse, tuam Sponsam, ceu blanda Columba Co-
Utq; sodalitum palmitis ulmº, ama. Columbam,
Christophorus Grötschius,
Noviforens. Siles.

Qui Vigil, & parvus Vigil est, vigilare cupiscit:
Ut valeat, Vigilum da Vigil, une Deus!
Johann. Kret Plesn.
Siles.

Sola Pios Virtus sociat, non gemma, Maritos.
Vivant, quos voluit sic sociare Deus.

*Augustinus Liebaldus,
Laubâ-Lusat.*

Dum Cœli socias sociante favore, Maritam,
Musa vovet rædis, Sponse perite, Salus!
Conradus Henricus ab Hohbergt.

Quam procul à vobis, redditūs haud iñmemor, absū;
Tam procul à vestro, sint Mala quæq;, Toto.
*Fridericus Helwigius,
Freistadio-Silesius.*

Margarin, in Thalamum quam ducis, habebis amantem.
Conjuge nil melius Phœbus amante vider.
*Johannes Caspar Alberti,
Planens, Bohemus.*

Hanc Sponsam Sponsus videat florere per omnem
Vitæ decursum. Sic mea vota volunt.
*Henricus Frey / Vratis-
lav. Silesius.*

Omnia, quæ possum toto Tibi Corde precari,
Præceptor, latâ Commoda Mente precor.
*Augustus Riegel,
Vratisl. Sil.*

Dent Præceptor, dent Præceptoris Amicæ,
Felix & faustum Numina Conjugium!
Georgius à Gosfytz.

Præceptor,

Præceptor, socii, quæ pangis, fœderalecti,
Enon-vulpino pectore, fausta precor.

Ulricus Fuchs,
Sempron. Ungar.

Spōnse, precor, videas, cum Sponsā, Nestoris annos,
Et Sobolem. Thalamus quid, nisi sit Soboles?
*Johannes Christophorus Neder/
Langsalza-Thuringus.*

Ihora Torum vestrum felici sorte coronet,
Vos summi ditet Gratia larga Dei.
Melchior Heinzelmannus,
Bernstad. Siles.

Firmet, alat, madidet, Pietas, Clementia, Numen,
Fœdera Pace, Torum Pignore, Rore Domum.
*Gottfridus Kirstenius
Arctopoli-Silesius.*

Margariden jungis Tibi, Kleinwechtere, Puellam,
Jungat, cum juncta, Gaudia multa Deus.
Georgius Ropilius Bernstad. Siles.

Et Sociam quærit Præceptor, & invenit aptam:
Inventam servet cura paterna Dei.
*Paulus Hoffmann/
Vratislav.*

Pauca Tibi, vir docte, precor: verum Ardua pauca:
Sit felix cæptum suaveq; conjugium!
*Johannes Valentinus
Vratisl. Silesius.*

Christe, precor, Sponsos tua Gratia jungat, utrisq;
Ut Mens una, Fides una sit, una Salus.

*Augustinus Feige /
Goldbergensis.*

Fædus ini faustus Thalami, precor, auspice Christo,
Et Tibi sit felix, quem meditare, Torus.

*Johannes Wagner
Vratisl. Siles.*

Ne Crux sit, sacra Lux Tædis; ne Lucta Marito
Sit Tibi, quæ lecta est, Sponse, Marita; precor.
*Christophorus Cæsar
Vratislaviensis.*

Quae Tibi, docte, precor, Praeceptor, comprecor ore
Corde simul: Felix sit Tibi Conjugium!
*Georgius Bösebier /
Vratisl. Silesius.*

Sit felix Thalamus, sit natâ prole beatus.

SProle carens Thalamus nomen mane gerit.
*Nicolaus Hielscherus,
Suidnic. Silesius.*

Vita, Salus, Soboles, sociæ sint Munera vitæ:
Et nuptos hilarent vita, Salus, Soboles.

*Daniel Gruberus
Sempronio-Hungarus.*

Qui vos conjunxit, vos ambos prosperet idem!
Conjunxit Christus, Christus utrumq; beet.
Samuel Neophanius Mega-Tschirn.

ut

Ut felix Thalami, Praeceptor, copula constet,
Intrent in Thalamum nulla pericla tuum.
Balthasar Beccerus
Winzing: Siles.

Fide Parens Animi, Conjux tua sit Tibi Conjux
Fida, domi custos fida, beata Toro.
Daniel Friedland
Bernstadt. Syl.

Vt Praeceptori Sponso prosperrima Fata;
Sic Sponsæ faustum versibus opto Torum.
Georgius Queller
Suidnic. Siles.

Margaris Oeconomæ vivat prudentis Imago:
Hoc precor, è gremio Pectoris, Oeconomus!
Christophorus Machærus
Vratisl. Silesius.

Sponse, voca Christum. Christus beat omne, quod optas.
Ille bonaë sortis Portus & ortus erit.
Wendelinus Wachsmuthius
Longo-Salisianus Thuring.

Plumea sint compes, non plumbea vincla Maritæ,
Vir præclare, subis quæ fabricante Deo.
Georgius Fridericus à Wyrbsky.

Nil parvi aut magni vigilis vigilantia prodest,
Ni vigilet Dominus, quem vigilare precor.
David Cretschmer
Freiberg. Siles.

Quæ, Deus, unanimi sociâsti pectora nexu,
Hos serva, ut vivant, ut valeantq; diu.

*Stephanus Pamerus
Sempron. Hungar.*

Quæ Tibi legitimo conjuncta est fædere Nupta,
Sponse, Tibi semper sit MERA GRATA, precor.
*Adamus Calisius,
Wolav. Siles.*

Qui mihi Præceptor novus es, nova fœdera pangis,
Sponse, novos motûs concipe, siste metûs.
*Caspar Neumann /
Vratislavensis.*

Cum sit mens Animi gratam sociare Maritam;
Kleinwechtere, Tibi commoda multa precor.
Hieronym⁹ Leo, Suidnic Sil.

Conjugio socias Sociam, Tibi, docte Magister,
Conjugio societ faustaq; cuncta Deus!
Fridericus à Mohl.

Sit Tibi Conjugium felix faustumq;: perennet,
Comprecor, in sanâ mente jugalis Amor.
*Christianus Lobenschoß /
Vratisl. Siles.*

Quærenti castam Tibi, Kleinwechtere, Maritam,
Margaris, ecce, Tibi casta Marita datur.
*David Godofredus Arnoldus,
Mega-Tschirn: Siles.*

Margaris,

MARGARIS, ut vivat Sponso, opto, Tempora LONGA,
RItè suo Sponso cælicâ ab Arce data.

Godofredus Crinis
Vratisl. Siles.

Sic Tibi sit felix nova copula, docte Magister,
Ut superes Pylios, & tua Nupta, dies.

Stanislaus Fersius
Grotkoviensis.

Conjugium felix videas, Præceptor amande,
Et seroruptum Tempore Conjugium.

Georgius Speererus
Auri montanus Siles.

Ut benè Præceptor, benè Præceptoris Amica
Jungantur, jungat Pectora chara Deus.
Johannes à Dambrowka.

Ne sit vester Amor clamor; ne tædia Tædæ;
Ne Lectus Luctus; Sponse colende, precor.

Georgius Erasmus
ab Abschatz.

Nil vigilare juvat, vigilet nisi Rector Olympi,
Ergo, Sponse, tuus, sit vigil ipse, precor.

Godofredus Ernestus Dobricius
Vratisl. Silesius.

Vis morbi pennam tenet, ut vix scribere possim:
Ne morbum vester sentiat, opto, Torus.

Johannes Döhne/
Nimicens. Siles.

A Christo veniunt, quæ prospera, quæq; serena;
Hunc Christus solum prosperet ergo Torum.
Christianus Försterus
Stroppensis Siles.

Tres est nacta viros Genitrix tua, MAGDALIS. At Tu
Uni nupta diu sis man easq; viro!
Johannes Munckius
Salzungensis Thuring.

Sponse, Tibi Sponsam felici fidere jungat;
Det Tibi, det Sponsæ Commoda multa, Deus.
Johannes Henricus Moserus,
Römerstad-Moravus.

Prosit Conjugii, quod inis sociabile Fœdus,
Prosit Präceptor candide, prosit Amor!
Johannes Biedermann/
Fratisl. Silesius.

Ac ego, num taceam? Nequaquam: clare Magister,
Sed Tibi, cum Sponsa Prospera quæq; precor.
Gothiscied Gottschling/
Hirschberg: Siles.

Incoepsum felix, precor, ut sit, docte Magister,
Conjugium. Sic sat multa precatus ero.
Fridericus Kühn
Bolco-Lucanus Siles.

Symbolon est vigilis; vigilemus. Sat vigilabis;
Quod precor ex Animo, sed vigilante Deo.
Georgius Ropilius, Bregens Siles.

Gratantur

Gratantur Musæ, Phœbus gratatur, Amici,
Sponsæ Tibi, & Sponsæ prospera Pacta vovent.
Godofredus Uttlandus
Lignic. Silesius.

Gaude, Sponsa, Tibi, tali latare Marito,
Quem suus, ex merito, nobilitavit honor.
Tobias Tanckius
Freiberg. Siles.

Kleinwechtere, diu, cum charâ, vive Maritâ,
Et sint conjugii prospera Fata tui.
Georgius Rudolphus John
Vratislav.

Quam Tibi junctam vis, Here devenerande, Mari-
Concinnam votis experiare tuis. (tam)
Godofredus Röselius
Libthalens. Siles.

Conjugium, venerande, tuum, Præceptor, ab Alto
Prosperet omnigenis dia Pronœa Bonis.
Georgius Fridericus à Kottulinszky.

Sponte colende, Tibi de pectore compreco rimo,
Prosperet ut sanctus vincia Jehova Tori.
Daniel Beck /
Vratis. Siles.

Ad Thalamum, Præceptor amande, hæc paucula
Sint omnes Datyli, quos cupis ire, Dies. (canto:
Petrus Ortmannus
Bethan: Siles.

Sit faustus Thalamus, sit felix, sitq; beatus :
Hoc precor ex animo ! Det rata vota Deus !
Andreas Waldfgott /
Vratisl. Silesius.

Kleinwechtere, Tibi & Sponsæ lätissima vincla
Conjugii, voto fructificante ; precor.
Johannes Ernestus à Gartz.

Paecta VALENTINI sanctis sint congrua votis :
Et sibi quæ poscit Margaris, eveniant !
Henricus à Poser.

Margaris, ex acri, ne contabescat, Aceto ;
Sit procul omnis Acor, sit propè dulcis Amor.
Johannes Henricus à Glaubitz.

Felices, in Amore, diu per Nestoris Annos
Vivito, cum Sponso, Sponsa novella, tuo.
Christianus Thebesius
Wolâ - Silesius.

Urbene, cum Sponsa, felicia tempora vitae
Ducas, cum reliquis & mea Musa vovet.
Casparus Clarus
Olsnensis.

Det Sponso & Sponsæ cœlestia munera Numen.
Prospera largiri Numinis, haud Hominis.
Casparus Clarus
Berolstad : Siles.

Ut

Ut vigil es vigilax, discentūm, docte Magister :
Vestro Conjugio sic vigil esto Deus !
*Georgius Willenberger
de Willenberg.*

Vive tuo concors, dilecta Marita, Marito :
Dum vos abjungat, post tria Sécla, Deus !
*Melchior Wayße /
Jaurá - Silesius.*

Ad multam vigilas frustrā, sine Numine, Noctem :
Cum miti vigila Numine, PARVE VIGIL.
*Fridericus Scribonius
Nimesianus.*

Conjugium vestrum sit felix atq; beatum :
Vivere dent vobis cœlica Fata diu.
Johannes Adolphus ab Abschatz.

Cernite Conjugium felix, & cernite longum :
Exhilaret Patrem Natus, Ayumq; Nepos.
*Henricus Volandus
Suidnic, Siles.*

Vive diu, felixq; tuā cum Conjuge, vive.
Kleinwechtere, meo sic precor ex Animo.
*Johannes Hauschild
Winzigå - Siles.*

Quod mihi, quod soboles optat generosa Parenti ;
Hic Tibi, fide Parens Mentis, id omne pecor.
*Johannes Neisser /
Landishutt : Silesius.*

Comprecor ut casis Thalami Deus annuat Ausis.
Audens, cum Domino, quisq; beatur Homo.
Jacobus Fridericus Mantelius
Freiberg. Silesius.

Da Sponso, Deus, & Sponsæ faustissima Fata:
Vivat ut ille diu, vivat ut istadiu.
Daniel Frantz,
Trebnic: Siles.

Gratulor inventam Tibi, Kleinwechtere, Maritam:
Invento gaude, Sponse colende, Bono:
Nicolaus ab Artzatt Junior.

Kleinwechtere, tuum, sit terq; quaterq; beatum
Conjugium, Voto comprecor hocce meo,
Heinricus Rupertus
Zul. Polon.

Christus, qui Fautor vita socialis & Autor,
Pace beetq; domum, Prole beetq; Torum.
Felix Reinhardus Kahl/
Vratisl. Silesius.

Vnio quisq; placet melioribus. Unio dici
Sponsa cupit, Meritò moribus ergò placet.
Ernestus Ludovicus
à Simmer.

Conjugio summus benedicat, in Axe, Jehova,
KleinWechtere, tuo. Sic precor ex animo.
Godofredus Fersius
Trebn. Siles.

Conjugii

Conjugii fundus, Sponsorum nobile compar,
Vos jungat fausti foedere Conjugii.

*Christianus Kretschmer
Hirschb. Silesius.*

Ex animo voveo: Vivatis tempore longo:
Omnia, que vultis, det veneranda TRIAS.


*Joachimus Paulus Hallmannus,
Lignicens. Silesius.*

Tutor & Adjutor Thalami supremus Jöva,
Kleinwechtere, tuum prosperet & Thalamum.
*Zacharias Hermannus
Vratisl. Silesius.*

Quod fuit Isaco celebris Pietate Rebecca:
Sit, precor, hæc Sponso Sponsa novella suo.
*Balthasar Goldbach/
Lignic. Siles.*

Numina Conjugium, Tibi, Kleinwechtere, supre-
Dent faustū, ac omni Prosperitate beent. (ma,
Johannes Georgius à Czedliz.

Opto Tori faustum, sero cum Tempore, Finem.
Fine caret nullus, ceu metron hocce.
*Christophorus Rudelius
Olaviensis Silesius.*



Chyngis Khan had
a son named Temujin

Chyngis Khan had
a son named Temujin